Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Vita Jo. Reuchlini Phorcensis, Primi in Germania Hebraicarum Graecarumque, & aliarum bonarum literarum Instauratoris

Majus, Johann Heinrich

Francofurti & Spirae, 1687

VD17 VD17 39:121821K

Viris Plurimum Reverendis, Amplissimis Excellentissimisque [...]

urn:nbn:de:bsz:31-271802

Visual Library

VIRI

Plurimum Reverendi, Ampliſſimi Excellentiſſimique,

Domini & Patroni Optimi.

DIu multumque cogitanti mihi, quo pacto pro tot tantisque olim in me immerentem collatis beneficiis, gratum memoremque animum

mum vobis declararem, tandem occurrit hoc de vita *Johannis Reuchlini* opuſculum, horis ſuccisivis à me conſcriptum: quod etſi exiguum ſit ac vile, teſtandæ tamen meæ in Vos pietati obſervantiæque, quam debeo, non omnino inconveniens putavi. Tu enim, Excellentiſſime EDZARDE, pro ſummo tuo indefeſſoque in propagandis ſanctioribus literis ſtudio, mihi, te primum Hamburgi compellanti, unius *Reuchlini*, utpote Civis mei, exemplum propoſuiſti, eoque me ita excitaſti atque inflammaſti, ut nil magis nilque impenſius ab eo tempore exoptaverim, quam ut Capnionis

inſiſterem veſtigiis, &, ceu gravi
ter tum monebas, Hebraicas l
teras in patria mea, ubi renat
primum, ac poſt multorum ſecu
lorum pertinaces tenebras reſt
tutæ eſſent luci, pro viribus pro
pagarem atque illuſtrarem. N
que auctor ſolum, ſed dux
tiam ad ingrediendam illius ſtu
dii rationem mihi excitiſti, qu
velut in ignota ſylva antea obe
raveram, ignarus, quam inſiſte
rem viam. Tum & præter o
mnem ſpem ac cogitatione
meam, me in tuas recepiſti æde
dignumque adeo judicaſti, quem
filiorum tuorum, tunc optim
ſpei Adoleſcentum, nunc pater
næ eruditionis æmulorum Juve

num ſtudiis moderandis præfi-
ceres. Atque ita accidit, ut,
poſtquam Te & Præceptorem fi-
deliſſimum, & hoſpitem beni-
gniſſimum ultra biennium eſſem
expertus, tantum, divina adju-
vante gratiâ, apud Te profece-
rim, ut, Te auctore, in aliquot
deinceps Germaniæ Academiis
literas, quas Oriens colit, doce-
re aggrederer. Cum itaque poſt
Deum Tibi unice acceptum fe-
ram, certe debeam ferre, quic-
quid in hoc ſtudiorum genere &
didici & docui, grati diſcipuli
officium præſtiturus, celeberri-
mum Nomen Tuum huic meo
opuſculo præſcribere, idque ſub
conſpectu tuo in publicum pro-

ferre conſtitui. Neque etiam *Reuchlinus* ſine patrocinio illius producendus videbatur, qui eum non modò refert exactè & exprimit, ſed in multis quoque vincit ac ſuperat. Nam ut illum nulla auri argentive fames, nullaque vanæ gloriæ cupido ad perdiſcendas propagandasque ſanctiſſimas linguas induxit: ita Tu ſimiliter à quæſtu lucroque prorſus alienus, id duntaxat quæris, quemadmodum pio honeſtoque labore ac ſtudio aliis eas tradas linguas, ſine quibus nemo divinorum Oraculorum vim rectè ſatis intelliget atque percipiet. Imò, ut cœleſtis veritatis fontes limpidi atque incorrupti

fluant, Tu velut alter *Esdras*, librum legis producis, recitas, explicas, omnibusque commendas, qui genuinum illius ſenſum exinde haurire, nec turbidos ſæpè rivulos ſectari cupiunt. Quid? quod in eo quoque *Esdræ* nomen tueris ac reipſa imples, dum omnes quotquot ſe in diſciplinam tuam tradunt, omnibus modis & juvas & ornas, ædesque tuas nemini occludis, quin potius illas unicuique, velut commune quoddam totius Europæ Muſeum, ultrò aperis, ex eoque plurimos ſubinde diſcipulos à Te dimittis, qui præſtantiſſimarum linguarum cognitione probè exculti, in præcipuis

Europæ Academiis Scholisque illuſtribus easdem magno cum applauſu, nec minori juventutis commodo, publicè docent. Quos inter & Tu, ANCKELMANNE Clariſſime, emines hodiè atque excellis, & reliquis tuis commilitonibus vel ideò feliciores, quod ex ſacro venerabilique communis noſtri Doctoris ore etiamnum pendeas, eumque de arduis gravibusque rebus quotidie coram conſulere queas. De qua felicitate uti jure meritoque Tibi gratulor, ac quodam lætitiæ ſenſu afficior; ita pro ſummo meo in Te amore facere non potui, quin Tuum Nomen *Edzardiano* adjungam, fidemque,

quam utrique Veſtrûm dudum debeo, nunc tandem una vice exſolvam, cum ut perpetuum meæ erga Vos pietatis pignus habeatis, tùm ut intelligatis, Vos à me & obſervari plurimum & coli. Accipite ergò, *Patroni Optimi*, exiguum iſthunc libellum, inclytis Nominibus veſtris ſacrum dicatumque, atque illius auctorem ſolito Veſtro favore deinceps quoque benevolè complectimini. Ego interim, quanta animi religione poſſum, DEUM immortalem ſupplex venerabor, ut vos in Eccleſiæ reique literariæ ſalutem quam diutiſſime ſalvos incolumesque præſtet, & quicquid in votis

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg